

aacim
 gentur
 quam
 in vos
 aut
 omis
 ego
 die
 dicit
 quoz
 me nega
 etia
 teni
 et os
 ne
 milla
 et
 sedere
 et o
 et du
 comit co

iste. Verumtamen no sicut
 ego volo. s; sic tuus. uenit
 ad discipulos et inuenit
 eos dormientes. Et dicit

M C P R S

vna uoxa uigilare meam
 Vigilate et orate ut non
 intretis in temptationem.
 Spis quidez promptus e
 caro aut infirma. Iterum
 uoxa abnt et orant uices
 pat me pt hoc calice transire
 nisi bibem illu fiat uolun
 tas tua. Venit iterum et i
 uenit eos dormientes et dicit

1 6 1 4

lectus illis iterum abnt tertio
 et orant eundez sinonem di
 cit uenit ad discipulos su
 os et dicit eis Dormite sa
 et inquietate. cur uigilab



Arena Hutteri

600 85

Disputatio inauguralis de Fide significante Misseri.

Disputatio de Calvinismo fugiendo Misseri

De Vera Deitate Christi Duput. Bald.

Disput. Antiphotiniana de Loyt, de Paato Raigterbachij

Disputatio Aristot. de duobus N. T. sacramentis Michaelmi.

Disput. de officio Christi Franzi

Disput. de sacrificijs V. T. Franzi

Disput. de Passione Ihu Christi Gerthij

Harmonia Calvi. et Photin. Lyssari.

Disput. de re Sacramenti Eucharistiae forma et essentia

P. Lyssari

Revisio de Symbola Genealogica Salsi Calvi

12. fin.

ELIÆ REUSNERI
LEORINI

DE EPISTOLA
CHRONOLOGICA
SETHI CALVISII.

*Ad Candidum Lectorem brevis
Commonitio.*

Cum notis.



Luca cap. 6.

Hypocrita, erue prius trabem ex oculo tuo: dehinc cura,
ut festucam ex oculo fratris tui eruas.

Erphordia, Typis Martini Wittelij.

Anno Christi 1610.



LECTORI CAN- DIDO S.



CHRISTUM Servatorem nostrum natum esse Messalino & Lentulo Coss. vulgata est & recepta plerorumq; doctiorum opinio, sed erronea: nec minus erratum à Calvisio, qui æram Christianam à Dionysio Exiguo Abbate institutam, duobus annis à vero nativitatis Christi anno aberrare asserit. Utramq; opinionem dum sequor; (quanquam à Calvisio rectè in uno anno dissentio:) imprudens & ipse in errorem labor: qui pag. 336. Isagoges historicae ita corrigendus, & ex priori editione restituendus est: ut Christi nativitas referatur post Coss. Imp. Cæsarem Augustum & M. Plautium Sabinum bellumq; Augusti Africanum.

NOTÆ AD REUSNERI COM- monitionem SETHI CALVISII.

Quid tibi vis, Reusnere, quod adscripsisti fronti commonitionis tuæ dictum **CHRISTI** Luc. 6. Hypocrita, &c? num tuas ipsius laudes tibi hic decantas? Non enim video, quomodo in me quadrare possit, cum nunquam in festucam vel trabes oculorum tuorum inquisiverim. At tu, nulla unquam re à me lacescens in appendice tua, in examine decimæ epochæ, & in sequenti capite, quod concludis hisce verbis, Relictis ergo Calvisii falsis hypothesebus &c. totus es in eo, ut mihi festucam in oculis hære & aliis persuadeas, & eandem inde eximas. Tugitur es is, qui festucam ex alterius oculis eruere conaris, quæ cum in me

nulla sit, & eam demonstrare non possis: sed tantum tibi ita videatur, atq; ita cœcutias clara luce in meridie, coactus sui tibi tuas informes & minime omnium dedolatas in oculis tuis trabes ostendere, & monere, ut si erutis hisce lux aliquando oculis tuis rediret, tum domum in meam vel aliorum festucam inquireret, ne igitur mihi imputes, cujus causa tu es, tute tibi hoc intrivisti, tibi totum est exedendum.

Deinde cogita, quantum vel mente turberis, vel potius quam ignarus sis Chronologica. Affirmas enim hoc in loco vulgatam & receptam opinionem esse Christum natum Messalino & Lentulo Cofs. Quibus verbis procul dubio etiam Christianam vulgatam describis: Verum, ut ex mea Chronologia apparet, Ego statuo Christum hisce Cofs. Messalino & Lentulo natum esse, & hanc meam sententiam evidentissimis demonstrationibus firmam facio. At tu hanc meam sententiam biennio ab usitata ara antiquiorem facis. Qui igitur jam fieri potest, si usitata ara mecum eodem anno & iisdem Cofs. Christum natum esse statuit, ut biennio discrepemus? Si verò discrepamus, qui sit, quod sub eisdem Cofs. concijimur? utrobique turpissime te hærere vides. Deinde tibi manifestissime contradicis. Affirmas hoc in loco veram Nativitatem Christi non cum vulgata ara ad Cofs. Messalinum & Lentulum referendum, sed ad sequentes Cofs. Augustum & Plautium, atq; ita statuis annos ara Christiane vulgate uno anno veros annos ætatis Christi præcedere, hoc est, statuis etiam Dionysianam uno anno majorem esse, quam debebat. Contrarium verò affirmas alibi ex Buntingo & in appendice pag. 50. & hic etiam, ubi annos ætatis Christi præcedere affirmas etiam Dionysianam, & hanc uno anno minorem esse, qui sit, cur adeo in sententia tua vacilles? Nonne vides, dum hac excusatione tui erroris uteris, te ternos alios multo sædiores errores committere?

Quare apud nullum rerum Romanarum scriptorē censū sub Augusto Cæsare auct. Et Luc. 2. ab Augusti demum morte suam auspiciatur historiam: Suetonius

Sub his enim Cofs. non sub alteris illis, nobilissimum istum censum, cujus apud Lucam Evangelistam cap. 2. fit mentio, per universum terrarum orbem esse auct. statuo: quamvis nullus rerum Romanarum extet scriptor, qui tantæ rei vel obscure meminerit. Causam si quæris, satis manifesta est. Etenim Livii istorum temporum monumenta penitus interierunt: Tacitus etiam Luc. 2. ab Augusti demum morte suam auspiciatur historiam: Suetonius

Suetonius nullo tempore servato ordine scripsit: ex Dionis historiâ itidem res gestæ ab anno N. C. 747. usq; ad annum 757. atq; ita quatuor ante & sex post *Χριστογονίας* anni interciderunt. Josephus sane lib. 17. Antiqq. Judaic. C. ult. & lib. 18. c. 1. affirmat, Quirinium sive Cyrenium in Syriam fuisse missum post Archelai demum relegationem: sed quem in horum temporum supputatione aliquoties errare, patet cum ex diversis ejusdem locis, tum ex Dione, Paterculo & Tacito. Unde relinquitur, Quirinium in Præfecturâ Syriæ Quintilium Varum præcessisse, non, ut Josephus vult, eidem esse surrogatum: ac proinde sacris literis potiore, quam huic, habendam fidem: aut certè si Josephi auctoritatem salvam esse volumus, Cyrenium bis Præfecturâ Syriæ fuisse functum, facultatesq; Judæorum æstimasse, semel quidem Herodis tempore, sub Christi in terris ortum, iterum decennio pòst, relegato Archelao.

Error itaq; Dionysii Abbatis culpa commissus, cujus *Utrum error Dionysii annis vitæ Christi* mentio fit in Appendicè Chronologica pag. 50. non in annis vitæ & ministerii Christi. (quod à Calvisio perperam factum) adscribendus est: sed intermediis illis *si sit, adscribendus* annis, qui post Apostolorum tempora & Cyclorum Dionysii Paschaliū sive Decemnovalium inventionem intercesserunt: quibus Consulium nomina non ita exactè in Annales sunt relata: quo seculo una cum Martyrum sanguine, sub Cæsaribus Paganicis ubertim profuso, annus iste quasi absorptus est.

Valdè audacter hæc de errore Dionysiano affirmas, nulla addita vel ratione vel demonstratione. Nec Theologo, ut no visti, absq; sacris literis: nec Jurisconsulto absq; lege aliquid affirmanti remerè est adhibenda fides. Tibimè hæc tanquam ex tripodè absq; ulla demonstratione proferenti in re tanta credi debet? tibimè soli ignotum est, si aliquid in re, quæ ratione ordinis numeratur, turbatum fuerit, quod is error ad principium redundet?

redundet? Exempli gratia, Hunc annum ære Christianæ 1609. procul dubio cum Buntingo statues esse annum ætatis Christi 1610. Qui fieri igitur potest, ut non & primus annus ære Dionysianæ sit annus ætatis Christi secundus? Sed quid argumentor? idem contra te statuis in Appendice pag. 48. ubi annum Dionysianum 33. vocas annum ætatis Christi 34. Demonstravi tibi idem illustri exemplo in morte Augusti Imp. qui ratione ære Dionysianæ obiit anno 14. ut & Buntingus in eclipsi evidentissimè ostendit. Sed si annus ætatis Christi tricesimus cum decimo quinto Tiberii concurrere debet secundum Lucam, necesse est ut Augustus mortuus sit anno ætatis Christi decimo sexto. Vides igitur tibi nullum effugium tui erroris patere.

Idcò rectè Henricus Buntingus Theologus & Chronologus doctissimus, in sua Chronologia veros annos nati Christi à vulgaribus discernens, ad errorem istum inemendabilem excusandum vult annos è nativitate Christi currentes pro completis intelligi.

Quæro ex te, num Buntingus annos ære Dionysianæ in Chronologia sua pro completis intelligat? Si affirmas, eclipses à Buntingo annotatæ item distinctio dierum festorum tempore ministerii Christi, & multa alia, ut novisti, te evidentissimè refutant: Si negas, cur temeraria assertione lectori fucum facere conaris?

Hoc si animadvertisset Calvinus.

Quasi non & hos & multos alios plurimos in tua Chronologia errores observaverim, quos tamen hic recensere, necessum non habeo.

In Epistola tua Chronologica, ad me nunquam scripta, sed sub falso sanctæ amicitiae nomine contra me divulgata procul dubio mihi non objiceret, quod mea vineta imprudenter caderem:

Aliorūm accipis meam epistolam atq; ego scripsi, non in te vel contra te scripta est, neq; in ea ullo asperiore verbo es appellatus. Cur autem scripta sit, ex ipsa epistola facillè intelligis. Ceterum te tua ipsius vineta cadere, vel ex ipsa hac tua commonitione apparet.

Nec tam curiosè laboraret in examinandis characteribus chronologicis in festivitate Paschali annorum ministerii

ministerii Christi in Appendice Ifagoges historica pag.
48. à me assignatis:

Mihi curiosus labor non est, Characteres Chronologices examinare. Ita enim totam temporum rationem institui, ut spontè ad quemvis annum sese offerant Characteres isti.

Sed nec frustrâ desudaret in sua opinione de sesqui *Utrumque*
quadriennio ministerii Christi confirmandâ. Verum *Calvisii*
quicquid dicat & scribat: nunquam in suam me sen- *opinio de*
tentiam adducet; ut contra unanimum omnium rectè *sesquiqua-*
sentientium Theologorum & Chronographorum con- *drieunio*
sensum, sacris in literis fundatum cum ipso & Scaligero *ministerii*
quinq; annos ministerio Christi attribuat: aut etiam, *Christi, &*
ut Danielis illud vaticinium de LXX. hebdomadibus, *LXX heb-*
consolationis plenissimum, ad *παρολιθίων* gentis Judai- *domatibus*
cæ, cujus *ἐν παρόλιθ* saltem ibi sit mentio, accommodem: *Danielis,*
Præsertim cum juxta perversam hanc suam opinionem *fit vera?*
explicare nunquam poterit, quid sibi velit Propheta di-
visione ultimæ septimanæ in dimidiam: quâ de re fusius
egi in Appendice Chronologica pag. 49.

*Satis hanc sententiam alibi confirmavi, nec à te
unquam labefactari poterit.*

Porro Merodachum Præfectum Babyloniam, qui A. *Quare*
M. 3242. legatos misit ad Ezechiam regem fanitati resti- *Meroda-*
tutum, qui demum A M. 3251. Assarhaddoni debellato *dachum*
in regno successit, Esaias Cap. 38. usitato more, notiori *Esaias re-*
& honorificentiore regis nomine indigerat: quod & ad *gem ap-*
huc hodie observari consuevit in consignatione rerum. *pellat?*
gestarum Regum & Electorum. Exempli gratia. Falsis-
tis nemo argui potest, si quis dicat, scribatvè, Ferdina-
ndum Cæsarem duxisse sororem Ludovici Regis Un-
gariæ & Bohemiæ, eiq; postea in utroq; regno successor em-
datum & coronatum, Budam item obsedisse, & Tr ans-
sylvaniam.

Sylvaniam occupasse: quæ tamen omnia multis annis præcesserunt Ioiennem ejus inaugurationem & coronationem in Regem Romanum, imperiumq; consecutum. Idem de cæteris esto iudicium.

Hic ad epocham annorum Mundi accedis, & eam quomodo rectè ad annos æræ Christianæ alligari debeat, ostendis. Res est magni momenti, & evidentius fuisset demonstranda. Hoc loco affers ad eam confirmandam historiam Merodachi, qui legatos ad Ezechiam regem misit, historia extat lib. 4. Reg. cap. 20. Esa. cap. 38. 2. Paralip. 32. ubi in singulis hisce tribus locis Merodachus rex Babyloniorum appellatur. Tu contra asseris Merodachum, cum legatos mitteret, non fuisse regem, sed post decennium tandem Assarhaddone debellato regem factum. Nonne hoc modo sacra scripturæ in hisce tribus locis in os contradicis? Si ab apertis verbis recedendum. & δίαφορα sequendam putas, cur non demonstras, nullo modo fieri posse, ut verba textus, quemadmodum sonant, intelligi possint? Hoc modo enim confictus tuus cum sacra scriptura tegetur, & δίαφορα facilius admitteretur. Jam verò nec necessitatem ullam, cur à simplici verborum intellectu recedendum sit, indicas, δίαφορα illam, qua contendis aliquem posse vocari regem, etiamsi vix decimo anno post ad regnum admittatur, ullo exemplo ex probato autore desumpto demonstrare potes, etiamsi, ut non obscure ostendis, omnem omnium annalium memoriam replias veris: sed fidam illam δίαφορα ficto exemplo firmare cogaris. Putasne figmentum hoc cerebri tui tanti esse, ut oneri Chronologicæ alligationis annorum mundi ad annos æræ Christianæ sit sustinendo? ut omnes homines ei fidem adhibere debeant? ut meis evidentissimis demonstrationibus præferri possis, & nemo sit, qui fidem abnuere audeat?

Calumnia Calvisii consulationio.

Deinde quod passim in epistola ista Calvisius me (ut & in Isagoge sua cæteros Chronographos) nescio quâ fronte arguit cum Ieremia & Ezechiele pugnare, idq; multis verbis atq; argumentis evincere conatur; totum hoc pendet partim à falsâ ipsius hypothesi, quâ captivitatis Babylonice annos orditur à spontaneâ Jehonix transmigratione; non ut ego cæteri; Chronographi, à desolatione urbis Hierosolymorum, templitq; conflu-

conflagratione sub Sedechia: de cuius veritate egi in octava Epochæ examine pag. 28. & 29. Partim á sinistra vaticiniorum istorum interpretatione, & ad annos mundi applicatione: quâ in re impunè mihi à Calvisio liceat dissentire: quandoquidem & ipse sibi licere putat, omnia Prophetarum vaticinia pro suo captu interpretari. Quasi verò omnes Theologi & Chronographi, ante ipsum, qui vixerunt aut scripserunt, bardi & stupido fuerint: qui ignorarint δεδοτομῆμ & dextrè explicare Prophetarum oracula.

Calumniæ me hic accusas, quod audeam affirmare, te cum Jeremia, Ezechiele & aliis etiam probatis historicis pugnare. Rationes offers binas; Primam, quod nitore falsa hypothesei meâ: alteram, quod oracula sacra scriptura aliter interpreter ac Theologi. Quod ad convicium attinet, tecum convitiis certare non libet, iudicet æquus lector, uter ex nobis sit calumniator. Quod ad primam rationem, quam offers, attinet, certè ego non nitore ulla hypothesei in hac re, sed ex tua ipsius Chronologia pugnantiâ illa tibi demonstravi. Exempli gratia, Jeremias sex annis ante excidium Hierosolymitanum minuitur Babylonis eandem cladem, quam senserant Assyrii & Scythæ, idem facit Ezechiel anno post excidium, Hinc infero regnum Assyriorum eversum fuisse aliquot annis ante cladem Hierosolymitanam. Tu contra eversionem regni Assyriaci & Scytharum cladem postponis cladi Hierosolymitanæ quinquenno, pag. 34. & 201. Hæc certè plana sunt & propterea calumniæ à viro honesto & non calumniatore argui non possunt. Ita si dico, Sacra scriptura Pharaonem Necho priorem facit Nebucadnezare: Herodotus verò eundem Pharaonem facit posteriorem Nabopollassare, & inde infero, quod Nabopollassar & Nebucadnezar non sint unus & idem rex, num tibi calumniator videor? an non potius calumniator es, qui apertissimam hanc consequentiam Calumniæ arguere audeat? Idem deprehendes & in reliquis exemplis, nec videbis me ulla hypothesei vel conditione niti, sed omnia ex tua ipsius Chronologia apertè proferre & monstrare. Deinde interpretationem sacra scriptura novam mihi non fingo: sed sequor expressa verba textus & Chronologos commento funciano dementatos, qui aliter pronunciant, & aperta divinatorum oraculorum verba pervertunt, aperta fronte & qui-

B

dem

dem meritò redarguo. Provocho enim ad Theologorum sententiam, qui seposita paulisper temporis hac circumstantia verba ipsa ponderare & sententiam inde eruere velint.

Cæterum de rebus Mathematicis, de quibus Calvisius prolixè disputat, litem non facio meam: Ingenuè siquidem professus sum, quod ipsemet quoq; in epistola sua non diffitetur, me secutum Buntingum: qui & ipse ubiq; in suâ Chronologiâ calculum Astronomicum adhibuit, uter ergò propius ad scopum collinet, Mathematicis dijudicandum relinquo.

Affirmas te sequi in Chronologicis Buntingum, qui calculum Astronomicum adhibuerit, & in hac re meipsum citas testem. Ego verò literis tuis aliquot ad me datis, in quibus te id facere scribis persuasus, ut quod tum Buntingi Chronologiam non haberem; credidi hoc ita esse: Sed jam, dum Buntingum tecum confero, deprehendo me faciliorem fuisse in credendo, quam esse debueram. Buntingus enim epochas præcipuas, ut Olympiadum, annorum Urbis, & Æram Nabonassaræam verisimè ad annos æræ Christianæ applicat, & astronomicis demonstrationibus adeo mecum convenit: ut non tantum in annis, diebus & feriis, sed etiam in horis & minutis eclipsium concurramus; nec ulla dari potest inter nos discrepantia, nisi quoad ego plures eclipses, ut veritas Chronologica manifestior sit, annotarim. Tu verò perpetuum cum Buntingo in hisce tribus epochis pugnas, & nullibi cum ipso convenis, nisi post ducentimum serè post Christi natiuitatem annum exactum, cur igitur asserere audes, te Buntingum secutum? Ubi est frons tua? Sed stratagemate ingenioso hoc uti voluisti, ut si dissidia inter Chronologos, qui calculum astronomicum adhibent, sereres; tu interim cum tuis erroribus in eorum dissidiis delitesceres: Sed frustra hoc est. Chronologi hi in hisce epochis, quæ characterem cælestem habent dissidere non possunt, sed unanimi consensu te & errasse & iuventutem in Chronologicis seduxisse manifestissimè demonstrant. Epochâ autem Mundi characterem cælestem non habet, sed tantum politicum, qui est annorum Sabbathicorum, quem si Buntingus mordicus retinuisset, commento funciano seductus non esset. Sed hæc discrepantia in annis Mundi nihil derogat veritati in reliquis epochis. Tu si verum fateri

*Fateri vis, dices te Bucholcerum in Chronologicis per omnia secutum esse,
& in annis vitæ Christi Buntingum assumfisse, & ex hisce duobus infor-
me chaos tuæ Chronologia consarcinasse.*

Mihi in extremo ferè vitæ limine jam constituto,
aliisq; gravioribus & utilioribus studiis occupato,
plus non vacat Astronomiæ me dare studio, & ad hujus
scientiæ examen meam exigere Chronologiam: otio-
sis hoc & curiosis relinquo.

*Quod Astronomiam inter studia inutiliora rejicis, facis quod te
deceat. Ars enim non habet osorem, nisi ignorantem. Sed longè aliter pro-
nunciant sapientes.*

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primum,
Inq; domus superas scandere cura fuit:
Credibile est illos pariter vitiisq; jocisq;
Altius humanis exeruisse caput, &c.

*Et scimus, homines nulla re alia post Theologiam propius ad De-
um accedere, quam studio & contemplatione rerum cælestium, & nulla
re magis à Deo recedere, quam docendis fallaciis. Si tamen inutilita-
tem illam explicas, quod non sit de pane lucrando, aliquid dicitis: sed
obscurè.*

Nec multum curo Calvisii insultationem, qua hu-
jus doctrinæ incitiam mihi quodammodo exprobrare
videtur.

*Ego verò non video, quomodo non aliquam existimationi tuæ
labem aspergas hac tua asseveratione. Nam hactenus professus es te Chro-
nologum esse, & juvenutem in Chronologicis rectè instituisse, & aber-
rantes verè redarguisse. Jam verò negas, te motus cælestes numerare
didicisse. Atqui Chronologia nihil aliud est, nisi numeratio motuum cæ-
lestium, quam cum ex tuo testimonio ignores, nec etiam velis eam ad-
discere, Simul fateris te nec Chronologum esse, nec juvenutem in ea
re institi.*

Quis sit
verus
Chrono-
logus?

re instituisse, quam didiceris vel didicisse velis, nec ex illo fundamento
alii contradixisse, nomine hinc manifestè apparet, quid & de te & de
tua Chronologica professione sentiendum sit. Verum quidem est Chrono-
logiam compositam quasi scientiam esse ex Astronomia & Historia: Sed
Chronologus tamen Astronomiæ beneficio toti ædificio fundamentum sub-
struit, id certis characteribus eclipsium, si quæ annotata sunt, & alio-
rum in cælo φαινομένων: Cyclis item luminarium cælestium & anno-
rum Sabbathicorum ordine distinguit, definit, stabilit, & confirmat,
& postea tandem id ita confirmatum rerum singulis temporibus gestarum
narratione illustrat. Qui igitur alterius harum partium ignarum se
se professus fuerit, ille plus tenebrarum, quam lucis rebus Chronolo-
gicis infert, quod hæcenus fecerunt infiniti: & hinc tot Chronologorum
dissensiones exortæ sunt, qui tamen pro Chronologis haberi non debe-
bant.

Non omnia possumus omnes: nec quivis placere
potest omnibus: imo nec ipse Christus omnibus. Non
est discipulus supra Magistrum. Deo placere curemus,
cumq; ardentibus votis oremus, ut Spiritu suo nos in
via rectâ deducat: & tandem decurso hoc vitæ curri-
culo in cœlestem Academiam traducat. Hæc pauca
ad verbosam Calvisii epistolam sufficiant: ulterius si
quid ipse desiderat; quærat, qui respondeat.

Cupis, ut video, tibi hoc loco cavere, ne amplius in Chronolo-
gicis tibi respondere necessum sit. Prudentius fecisses, si primum me
non provocasses; quanquam me hoc quidem præter rem, cum omnem
suppellectilis Chronologicæ tuæ thesaurum in has pagellas profuderis.

Ego memor præcepti Syracidæ C. 8. nolo *Νομὰς ἔχειν
μετὰ ἀνθρώπων γλωσσῶν*;

Me verbum esse, non facile erit, qui mea legit, qui affirmare
verè poterit, in contrariam partem potius pecco. Quod verò illa ad
se epistola aliquo modo excrevit, in causa fuit rerum præstantissima-
rum

rum demonstrandarum multitudo quae brevius nullo modo proponi potuerunt. Si absq. ulla demonstratione, ut tu soles, pronunciaré voluiffem. Eliam Reusnerum in omnibus Epochis temporum aberrare, & nihil ad verum suum annum in tota sua Chronologia à principio ferè mundi usq. ad ducentesimum circiter à Christo nate annum retulisse, multò brevius res peragi potuiffet.


Ne quasi ligna comportans, aliam ipsius flammam. Aut, ut in Proverbio dicitur, ne oleo, incendium ejus restinguam.

In Chronologicis planè nullae contentiones, si potissimas partes spectes, esse debebant. Cum earundem certitudo ex caelorum motibus dependeat. Ii autem certi sunt, & ad oculum demonstrari possunt, quare merito ipsi quilibet fidem adhibere debèbat. Quod verò jam contentiones sunt, ea omnes proveniunt & aluntur ab iis, qui demonstrationes illas non intelligunt, nec etiam differe volunt, & tamen de rebus Chronologicis tanquam de re sibi benè cognita digladiari audent. A me, qui demonstrationes illas rectè cognitas, habeo, non est, Reusnere, si quidem demonstrationibus pugnabis, ut tibi metuas.

Sed finem hic facio notarum, quibus *περίλωρα* etiam hoc lacrum, tuis erroribus circumdatum tibi detraxi, & te iterum oro & obtestor, ut veritati tandem locum dare, & studiosam juvenutem erroribus liberare velis. Sentis & cognoscis te errasse, idq. in omnibus ferè lineis commonitionis tuae subindicat, Vence animum, turpe ne putas, errorem fateri & deponere: Diabolicum est; agnitum errorem mordicus defendere & retinere.

Et cum

Candido Lectore benevolè hac nostra opella
frucere & vale.



ERPHORDIÆ
*Typis Martini VVittelij, Impensis
Jacobi Apelii.*



OA A 6612

ULB Halle

3

002 937 107




R

W 017



seruū tuū et israelitē sac-
tū tuū quibz locutus es
pollicēs qđ nō multiplicas
semē eoz sicut stellas celi
et sicut arena qđ est in litore
maris. Quia dñe i manu
uti sum^{us} p^{ro} quā omnes
gētes sum^{us} qđ hīc hōs in
mūsa tua hodie pater
nra Et nūc est in tēp^e hī
p^{ro}pheta et p^{ro}pheta et tūc ne
qđ holocaustū neq; sacrificiū
neq; oblatiō neq; m^{ul}
ctum neq; bonus p^{ro}uinc
tu corā te ut possimus in
venire t^uo dilectiōne hīc in
aia tota et hīc hīc hīc hīc
suscipiamur Sicut in ho
lococaustū arietū et thaurū
et sic in molibz agrorū pi
quū sic sicut sacrificiū n^{ost}rum



Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

2. fin.
LISNERI
INI

STOLA
LOGICA
ALVISII.

Lectorem brevis
nitio.

otis.



. 6.

ex oculo tuo : dehinc cura,
tis tui eruas.

Martini VVittelij.
1610.